W f 1725

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-731614-p0001-2

III, 16.

216.

III, 16.

DE. SVMMIS

SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
IN. REM. ALTENBVRGENSIVM. SCHOLASTICAM

MERITIS

PROGRAMMA. VI

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. III
DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE
LANDGRAFII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS
HENNEBERGAE. COMITIS. MARCHIAE. ET. RAVENSBERGAE
DYNASTAE. RAVENSTEINII. ET. TONNAE

PRINCIPIS. AC. DOMINI. NOSTRI
LONGE. CLEMENTISSIMI

PATRIS. PATRIAE. OPTIMI

D. VII. KAL. MAII. CIↃ IↃ CCLIV

FELICI. SIDERE. REVERSO

NATALI. EXOPTATISSIMO

SACRVM

QVO

AD. AVDIENDOS. CRAS. AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. IIII
QVINQVE. LECTISSIMOS. ORNATISSIMOS.QVE. ADOLESCENTES
IN. MAIORI. ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. AVDITORIO
PVBLICE. PIETATEM. ET. LAETITIAM. TESTIFICATVROS
AC. VOTA. DEVOTISSIME. NVNCVPATVROS

PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. ATQVE. AMPLISSIMI
AVLAE. ATQVE. VRBIS. PROCERES

MAECENATES. MAXIMI

CVRATORES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI
RELIQVI. REI. SCHOLASTICAE. PATRONI
ET. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI. AC. DOCTISSIMI

QVA. PAR. EST

VENERATIONE. OBSERVANTIA. ET. HVMANITATE

INVITANTVR

A

M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO

ILLVSTR. FRIDERICIANI. GYMNASII. DIRECTORE
LATINAE. IENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

ALTENBVRGI

LITERIS. PAVLI. EMANVELIS. RICHTERI

No. 84

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-731614-p0003-3

Diuinus PRINCEPS. IOANNES. GVILIELMVS nondum totos XLIII annos natus, cum in medio gloriae curſu humanis ereptus eſſet rebus, in multorum animis ſuſpicionem mortis ſcelere aliorum lentis toxicis acceleratae excitauerat. (*a*) Non deſunt tamen, qui curis mordacibus, quas Caluino fauentium propinquitas ei iniecerit, culpam tribuant, qua de re haec leguntur in Gotha Diplomatica. (*b*) *Die kürtze ſeines Lebens will der Bekümmerniß beygemeſſen werden, die er ob denen vm vnd neben ihn herum ſich aufhaltenden Caluiniſten gehabt. Was aber andere vorgeben, ob ſey ihm in Wien, da er ſeinen Feld-Prediger Evandern, auf Bewilligung Kayſers Maximilian des II. in der Haupt Kirche Lutheriſch predigen laſſen, Gifft beygebracht, welcher ſeine langſame Wirckung gehabt haben ſolle, laſſen wir an ſeinen Ort geſtellet ſeyn.* Nec minus dubitanter illius de veneno relationis mentionem facit Tentzelius (*c*), vberiori eam diſquiſitione dignam iudicans. Vtcunque tamen illa res accidit, ſpe votiſque citius in viuis eſſe deſierat IOANNES. GVILIELMVS, cuius non tantum filii FRIDERICVS. GVILIELMVS et IOANNES, ſed rei etiam ſacrae tranquillitas diuturniorem vitam, ſi DEO placuiſſet, exegiſſent. Impuberes illi tum erant, incidebatque eorum pueritia, nondum plane ſopitis Strigelianis Flacianiſque controuerſiis, in turbulenta admodum tempora, praeſertim cum omnes, qui Strigelio album calculum non adiicerent, Flacianiſmi, quamuis ab ipſis Flacii erroribus alieniſſimi, arguerentur. AVGVSTVS SAXONIAE. ELECTOR tutelam ſuſceperat, antea iam perſuaſione imbutus, concordiae impatientes doctores Thuringicos Illyricique ſimiles, eiusdem ſententiae adfines eſſe: Multi Sacri ordinis viri ſedibus ſuis expellebantur: Mater, pia illa et nunquam ſatis laudanda PRINCEPS. DOROTHEA. SVSANNA nullius niſi puriſſimae et veritati euangelicae conuenientiſſimae doctrinae ſincere ſtudioſa ac tenax, nullo ſuo merito inuiſorum modeſte ſuſcepto patrocinio, illos ab ELECTORE deprecabatur, ſed ſine ſucceſſu exoptato. Amiſerat illa Barthol. Gernhardum, pium et cordatum virum, quo concionatore aulico vſa fuerat, per miſericordiam DEI obſecrabat, vt remitteretur ſibi, ad omnem eximendam ſuſpicionem, ſuam mittebat confeſſionem; ſed acerbam Annaeburgo d. XIII. Kal. Aug. CIↃ IↃ LXXV. reſponſionem accipiebat: *So viel E. L. überſchickte Confeſſion vnd Bekentnüs belanget, wolten wir E. L. wohl gönnen, das E. L. bey der einfeltigen Lehr des Catechiſmi Lutheri blieben, vnd ſich als eine Weibsperſon in hohe vnd weitleufftige Diſputation nicht einlieſſen, vnd do E. L. ja darüber Confeſſion oder Bekentnüs in ihrem Nahmen ſtellen laſſen wolten, das ſie nicht die Leute, ſo dem Flacianiſmo anhengig, vnd in nichts anders, denn in lauter Has vnd Neid wider vnſere Kirchen vnd Schulen erſoffen, ſondern andere Gottesfürchtige vnd gelerte Perſonen darzuzögen vnd brauchten*: de Gernhardo autem, eodem ſupra ſcripto ex loco d. XIV. Kal. Iul. CIↃ IↃ LXXVI: *E. L. abermals ſchreiben, belangende deren Hoffprediger Bartholomeum Gernhardi, haben wir zu vnſern Henden empfangen, vnd können E. L. gleichwol darauf freundlich nicht verhalten, das wir dieſe gewiſſe Nachricht haben, das obberürter E. L. geweſener Hoffprediger, nicht allein der Religion halben, ſondern fürnemlich darumb entſetzet vnd geurlaubt iſt, dieweil er vnns ſelbſt in vielen Predigten an Ehren angegrieffen. Auch auf vnnſer ſelbſt Perſon mit verdeckten vnd doch wolverſtendigen Wortten ein Gebet faſſen helffen vnd auff der Cantzel wider vnns gebraucht. Das wir nu ſo leichtlich ſolchs vergeſſen vnd hindan ſetzen ſolten, deſſen ſind wir, das wirs bis anher nicht gethan, nicht zu vordencken.* Neque vero Eccleſiis tantum et ſcholis, ſed ipſis etiam impuberibus iuuentutis Principibus orthodoxi doctores eripiebantur, ex quibus vel vnum Caſp. Meliſſandrum FRIDERICI. GVILIELMI praeceptorem, poſtea vero, ab initio menſis Octobr. CIↃ IↃ LXXVIII. ſacrorum Altenburgenſium Antiſtitem, nominaſſe ſufficiat (*) fidem facientibus et ipſius Viri optimi ad laudatiſſimum Principem Vinaria, cum iam eſſet Altenburgum vocatus d. IV. Kal. Octobr. d. a. ſcriptis litteris, in quibus haec notatu inprimis digna leguntur: *Vnd ſage meinem lieben Gott vnd Vater vnſers Herrn Jeſu Chriſti lob, ehr vnd danck, das er mich nach der vor fünf Iaren ergangenen klegligen Zerſtreuung dieſe Zeit erleben laſſen, da ich im Werck vnd in der that nunmehr ſehe vnd erfahre, das der allmechtige Gott, ob E. F. G. als des gerechten ſamen, ſo gnediglich gehalten, das dieſelbige durch allerhand Enderung nicht in abewege verleitet, noch zur falſchen lere ſindt abgefüret worden, deſſen wir vns bei ſo groſſen geferlichkeiten ia hefftig beſorgten,* et litterarum ſubſcriptione: *E. F. G. vnterthheniger getrewer alter praeceptor Caſpar Meliſſander D. pfarrer vnd Superintendens zu Altenburgk.* Quo autem animo iacturam hanc tulerit Princeps integritatis et fidei amantiſſimus, Sal. Geſnerus (*d* his teſtatur verbis: *Principi* FRIDERICO. GVILIELMO *praeceptores, viros orthodoxos eripuit,* (AVGVSTVS,) *quod ipſum ſaepe deploraſſe perhibent, quibus vſus eſt propioribus.* Tantum vero abeſt, vt in ipſum ELECTOREM optime ſane animatum culpa illius rerum conuerſionis ac perturbationis conferri poſſit, vt potius tota in ſolos iſtos cadat,

(*a*) Conf. SAECHSISCHE. MERCKWVRDIGKEITEN, p. 542.
(*b*) FRIDER. RVDOLPHI Goth. Diplom. P. I. c. 8. §. 35. p. 54.
(*c*) WILH. ERN. TENTZELIVS. Erneſt. Medaill. Cabinet p. 342.
(*) Conf. SAECHSISCHE. WERCKW. p. 543. ſeq. not. i.
(*d*) SAL. GESNERVS Orat Funebri, ILLVSTRISSIMO. CELSISS. PRINCIPI. DN. FRID. WILHELMO. Ao. 1602. habita p. 41.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-731614-p0004-9

cadat, qui teſte Chriſtophoro Henrico Loebero (*e*), nunquam ſine grati animi teſtificatione ob relictum pauperibus noſtris diſcipulis legatum a nobis nominando, percontanti ELECTORI, num Caluiniano dogmati eſſent addicti, cauteriata fronte ac conſcientia reſpondere haud veriti, ſe in aeternum DEI faciem non conſpecturos eſſe, ſi vlla ex parte Caluinianas opiniones foueant, aut a Lutheri doctrina vel latum vnguem diuortium faciant, fictis delationibus Eum inſtigauerant lectuque digniſſima ſunt, que ex Curriculo vitae Ducis IOANNIS idem adducit Loeberus (*f*): *Obwohl der Durchlauchtigſte, Hochgebohrne Fürſt vnd Herr, Herr Auguſtus etc. in tragender Vormundſchafft nicht allein ſeine beyde Pfleg-Söhne vnd Vettern, mit väterlichen Treuen gemeinet, ſondern auch gegen Kirchen vnd Schulen kein böß Hertz gehabt. Wie dann in folgender Zeit das Werck den Meiſter vnd dieſen Fürſten ſeine Händel nach den Worten Syrachs 10. gelobet. So ſind ihre Churfürſtl. Gnaden damals von etlichen vnrichtigen Leuten übel angeführet, vnd wieder vnſchuldige Leute verhetzet worden.* Vincebat ergo tandem bona cauſſa: reuocabantur antea muneribus ſuis expulſi, reſtituebatur Barthol. Gernhardus, probos et ſuſpicione vacuos praeceptores impuberes recipiebant PRINCIPES, ex quibus IOANNES quanti ſuos fecerit, vel hoc, quod ſuadentibus quibusdam Dreſdae, vt exueret magiſtros, reſpondit, argumento eſt: *Monentibus enim nonnullis vt praeceptores dimitteret, aliam vitam et mores iam aulam poſtulare: id ſe facturum negauit et eorum opera ſibi quotidie opus eſſe reſpondit*, Heidero teſte. (*g*) Longius haec arceſſita atque a meo ſcribendi propoſito tantum non aliena videri poſſent, niſi inter omnes conſtaret, quam arcte cum ſacra res litteraria ſit copulata, praeſertim, cum etiam Altenburgum noſtrum eius viciſſitudinis nec in Eccleſia, nec in ipſa ſchola expers manſiſſe videatur, qua de re inpoſterum, ſi DEO viſum fuerit, in recenſendis ſcholae Ephoris et magiſtris agendi erit locus. Redeo iam ad Ipſos FRATRES. PRINCIPES. DIVI. IOANNIS GVILIELMI virtutum ac regionum heredes filios, Eorum in rem noſtram ſcholaſticam meritorum memoriam renouaturus. FRIDERICI. GVILIELMI in bonas artes earumque profeſſores indulgentiam vniuerſe laudat Geſnerus (*h*): *Eorum qui in ſcholis et Eccleſiis docent tenuiora ſtipendia ampliauit.* De IOANNE non tantum Mullerus (*i*) ſed etiam Abrahamus Langius DIVI. PRINCIPIS a Concionibus aulae, in ſermone funebri (*k*) haec teſtatur: *Da I. F. G. noch zu Altenburg Hoff hielten, vnd berichtet wurden, daß die Praeceptores in der Schulen daſelbſt geringe Beſoldung hetten, haben I. F. G. zwölffhundert Gülden der Schulen geſchenckt vnd verordnet, daß man es ausleihen, vnd den Zinß den Schuldienern zu einer Zulage geben ſolte. Eben dergleichen haben I. F. G. auch bey der Schulen zu Weimar gethan.* Quam inſignem munificentiam Heiderus (*l*) eleganti quadam παραλείψει ornat: *Non iam dicam, qua munificentia Princeps noſter ludos litterarios Altenburgi et Vinariae amplificarit et auxerit, vt laboribus illis, qui in ſcholis longe quam in piſtrinis et latomiis duriores ſunt, honeſtiora ſtipendia ſoluerentur. Idem in aliis facturus erat locis, niſi tempore excluſus fuiſſet. Videmus enim, in plerisque ſcholarum, miſeris illis ac pallidis et macilentis collegis vix cynicam mercedem pendi, et eam inſuper maligne qua nummos, qua arida, qua liquida praeberi, nec ſine ſtomacho et verborum contumelia, non quidem bonis a viris, quos oratione mea non perſtringo: ſed ab aſinis illis perſonatis, qui ſacra ferentes, ſe quoque cum illis adorari exiſtimant.*

Priusquam, vlterius progrediar, non poſſum quin recens illud et amplum beneficium publice gratus praedicem, quo VIR. PRAECELLENTISSIMVS CONSVLTISSIMVS. AMPLISSIMVS. *MICHAEL. LEVBE S. R. M. POL.* ET. *ELECT. SAX.* CONSILIARIVS. A COMMISSIONIBVS ſingularem erga Muſas noſtras fauorem ſub finem ſuperioris anni teſtatus eſt, qui pro eximia ſua in rem litterariam beneuolentia, commendatore SENE VENERABILI. VIRO. PRAECELLENTISSIMO. CONSVLTISSIMO AMPLISSIMO. *PAVLO. RVDIGERO. SER. DVCIS. SAXO-GOTHANI ATQVE. ALTENBVRGICI.* CONSILIARIO. VRBIS. HVIVS. CONSVLE. ET. GYMNASII. FRIDER. INSPECTORE, opus maximi pretii LEXICON. VNIVERSALE. ZEDLERIANVM. Bibliothecae Gymnaſii donauit, effigiemque ſuam affabre aeri inciſam, cum accurata inſcriptione, cuique tomo adglutinandam liberali mente ac manu tranſmiſit. Quorum Vtrique, et Donatori et Commendatori vegetam ſenectutem, ſecundam et firmam valetudinem omniaque exoptabilia largiatur DEVS. O. M. Vt teſtatior ſit huius tam egregiae donationis memoria, operae pretium duco ipſam Inſcriptionem his adiicere:

MICHAEL.

(*e*) CHRISTOPH. HEINR. LOEBERVS. Hiſt. Eccl. Ephoriae Orlamundanae p. 75. ſqq. cuius Hiſtoriae pars generalis ad notitiam ſtatus eccleſiaſtici in Principatu Altenburgico adprime vtilis eſt et neceſſaria.

(*f*) IDEM. l. c. p. 78.

(*g*) WOLFG. HEIDERVS Orat. II. p. 78. Vol. I.

(*h*) SAL. GESNERVS Orat. Fun. p. 69.

(*i*) IO. SEBAST. MVLLER. Ann. Sax. p. 238.

(*k*) Conf. EXSEQV. SAXON. in funere IOANNIS p. 142. ſq.

(*l*) WOLFG. HEIDERVS Orat. II. p. 97. Vol. I.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-731614-p0005-4

MICHAEL. LEVBE
NATVS. ALTENBVRGI. III. NOV. cIↄ Iↄ CCLXXVII
RECEPTVS. IN. ALBVM. STVDIOSORVM. IENENS. cIↄ Iↄ CCXCVI
MODERATOR. STVDIORVM. AC. MORVM
COMITVM. CHRIST. ERN. DE. SCHOENBVRG. GLAVCHAV. VT. ET. DE. RINDSMAVL
BARONVM. DE. MANDORFF. REVSEWIZ. ET. SOEHLENDAL
EQVITVM. SAX. DE. BERNSTEIN. ET. DE WOLFERSDORFF
ALTENBVRGI. STVDIORVM. CAVSA. TVNC. TEMPORIS. VIVENTIVM. cIↄ Iↄ CCIII
POSTHAC. MVNERE. POLIGRAPHI. cIↄ Iↄ CCIIII.
ITEMQVE. SYNDICI. SALFELDIENSIS
AB. AO. cIↄ Iↄ CCV. AD. AN. cIↄ Iↄ CCX. FVNCTVS
CALCVLATOR. STEVRARVM. AERARII. SAX. SVPREM. DRESDENS. cIↄ Iↄ CCXIII
A. COLLECTIONIBVS. STEVRARVM. PER. CIRCVLVM. MISNICVM. cIↄ Iↄ CCXVII
AB. OFFICIO. HOC. PVBLICO. SEPTVAGENARIVS. SPONTE. SECEDENS
RESERVATO. AD. DIES. VITAE. ANNVO. STIPENDIO
EX. SINGVLARI. S. R. M. POL. ET. ELECT. SAX. GRATIA
PRAETER. SPEM. ET. EXPECTATIONEM
IN. REMVNERATIONEM. INTEGRITATIS
CHARACTERE. CONSILIARII. A. COMMISSIONIBVS. CONDECORATVS. cIↄ Iↄ CCXLVI
ANIMVM. ERGA. MVSAS. ALTENBVRGENSES. PROPENSVM
PVBLICE. TESTIFICATVRVS
LEXICON. HOC. VNIVERSALE
BIBLIOTHECAE. GYMNASII. ALTENBVRGENSIS
LEGAT. DONAT. DICAT
DIE. NATALI. cIↄ Iↄ CCLIII.

Gratulabundus nunc ad ea venio, quorum exoptatiſſima occaſione haec qualiacunque *de Summis* SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE *in rem Altenburgenſium ſcholaſticam meritis* ſcribere inſtitui. Recurrit in Faſtis *DIES. VII. KAL. MAII* felicitatis et laetitiae publicae amplificator, NATALIS nimirum SERENISSIMI. PRINCIPIS AC. DOMINI. DOMINI. FRIDERICI. III. DVCIS. SAXONIAE IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE. LANDGRAFII THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPALI. DIGNITATE. COMITIS HENNEBERGAE. COMITIS. MARCHIAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE RAVENSTEINII. ET. TONNAE. PRINCIPIS. AC. DOMINI. NOSTRI LONGE. CLEMENTISSIMI, quem omnes reducem celebrare geſtiunt et in ſeros annos Saluo PATRE. PATRIAE. OPTIMO. Salua SERENISSIMA. CONIVGE Saluo HEREDE. FILIO. SERENISSIMO. Saluis SERENISSIMIS. VTRIVSQVE. SEXVS RELIQVIS. LIBERIS Salua VNIVERSA. DOMO. SERENISSIMA poſt ſeros annos reducem videre optant. Si vllus vnquam dies, hic certe pietate noſtra inter vota deuotiſſima teſtificanda eſt digniſſimus. Deſtinatus eſt huic officio DIES. CRASTINVS, quo quinque lectiſſimi, ornatiſſimi probatiſſimique adoleſcentes *audita* POST MERIDIEM. HORA. IIII *in maiori illuſtris FRIDERICIANI noſtri auditorio* publice verba facturi et vota nuncupaturi prodibunt. Sunt illi *CHRISTOPHORVS. ANTONIVS. CHRISTIANVS. HAMMERMVLLER* Calenſis, *FRIDERICVS. SEVERINVS. CHRISTIANVS. VATER* Calenſis, *HENRICVS. GOTTLIEB. WAGNER* Stolzenhainenſis, *IOANNES. AVGVSTVS. WACHTLER* Altenburgenſis, *IOANNES. CAROLVS. BVRGER* Mora-Hungarus, quos vt PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. ATQVE. AMPLISSIMI. AVLAE. ET. VRBIS. PROCERES. MAECENATES. REI. LITTERARIAE. CVRATORES. FRIDERICIANI. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI EIVSDEMQVE. PATRONI. ET. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI. DOCTISSIMI. ATQVE ORNATISSIMI praeſentia ſua longe honorificentiſſima atque exoptatiſſima dignari publiceque dicturos indulgenter & beneuole audire velint, vniuerſos debita cuique veneratione, obſeruantia et humanitate rogo.

IOANNES. CAROLVS. BVRGER felici ingenio praeditus eoque ad profectus capiendos laudabiliter vtens DE SERENISSIMIS. FRIDERICIS. SAXONICIS *rei litterariae amplificatoribus* diſſeret *Oratione Gallica.*

HENRICVS. GOTTLIEB. WAGNER adoleſcens probus, induſtrius, modeſtus et feliciter confecto ſtudiorum ſcholaſticorum curſu, votis noſtris viaticatus in Academiam iturus *Virtutes Principum ſubiectis imitabiles* praedicabit *Carmine Heroico Latino.*

FRIDERICVS. SEVERINVS. CHRISTIANVS. VATER ingenuo vultu amabilem animi indolem praeferens, pius, optime moratus et ſuauis adoleſcens DIVI. IOANNIS. FRIDERICI. II. *Inuictum doctrinae Euangelicae ſtudium, ſingularem eruditionem et incredibilem in bonas artes amorem* laudabit *Oratione Latina.*

CHRISTOPHORVS. ANTONIVS. CHRISTIANVS. HAMMERMVLLER, Virtutum ad veram felicitatem ducentium ſtudiorumque adoleſcentiam ornantium amans DIVI. IOANNIS. GVILIELMI. SERENISSIMAE STIRPIS. ERNESTINAE. PROPAGATORIS. FELICISSIMI *ſinceram pietatem, ſingularem in bonas artes indulgentiam fortitudinemque exteris etiam ſpectatam* extollet *Oratione Latina.*

IOANNES. AVGVSTVS. WACHTLER parentibus rebusque tantum non omnibus orbus, ſed pietate, induſtria morumque ſuauitate merito commendabilis SERENISSIMI. ATQVE. OPTIMI. PATRIS. PATRIAE *iuſtitiae ſtudium ſine vllius iniuria aequitatemque in ſumma poteſtate admirabilem* canet *Oda Teutonica.*

* * *

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-731614-p0006-0

Wf 1725. 4o

VD18

ULB Halle 3
006 753 418

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-731614-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-731614-p0008-1

DE. SVMMIS

SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
IN. REM. ALTENBVRGENSIVM. SCHOLASTICAM

MERITIS

PROGRAMMA. VI

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI

DOMINI

FRIDERICI. III

DVCIS. SAXONIAE

...ONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE

...E. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS

...MITIS. MARCHIAE. ET. RAVENSBERGAE

...E. RAVENSTEINII. ET. TONNAE

...S. AC. DOMINI. NOSTRI

...GE. CLEMENTISSIMI

...PATRIAE. OPTIMI

... *VII. KAL. MAII. cIɔ Iɔ CCLIV*

...CI. SIDERE. REVERSO

...EXOPTATISSIMO

SACRVM

QVO

...AS. AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. IIII

...SIMOS. ORNATISSIMOS.QVE. ADOLESCENTES

... ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. AVDITORIO

...TEM. ET. LAETITIAM. TESTIFICATVROS

... VOTA. DEVOTISSIME. NVNCVPATVROS

...XCELLENTISSIMI. ATQVE. AMPLISSIMI

... ATQVE. VRBIS. PROCERES

...ENATES. MAXIMI

...MNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI

...REI. SCHOLASTICAE. PATRONI

... O. O. HONORATISSIMI. AC. DOCTISSIMI

QVA. PAR. EST

...OBSERVANTIA. ET. HVMANITATE

INVITANTVR

A

...E. GOTTFRIDO. MOERLINO

...RIDERICIANI. GYMNASII. DIRECTORE

...NSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

ALTENBVRGI

... PAVLI. EMANVELIS. RICHTERI

No 84

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-731614-p0009-0